

tuitioni ac patrocinio subiecte sua omnia perpetuo inviolata et illesa conserventur. Ad evidentiorum autem ac validiorum imperialis huius nostri edicti observantiam quedam ecclesie prenotate bona seu iura presenti pagina nominatim connumerantes, videlicet quidquid iuris habet predicta ecclesia in Castellana Civitate et in eius curia, in castello Upai et in eius curia, in curte Piteni, in plebe sancti Savini, in curte Falerni, in plebe Rubiani, in sancto Putito, in Iove, in Cerbaria, in Silice, in Pitillano, in Cella alba, in Pistrino, in Scafagia, in plebe Canani, in plebe sancti Cipriani, in Agello Frigido, in Ba[run]telle, in curte Anglari, in Conclo, in Terenzalla, in Arsitio, in Roti, in plebe Bucuniani, et quidquid iuris habet in hospitali Uber-tatis, in Celle filiorum Berardi, in Casa Nova, in Bagnaria, in plebe Saddi, in plebe Suffie, in Colle Medio, in plebe Agilionis, in Colle Matthei, in plebe Gratizole, in eo quod fuit de Torto de Sasso, in Monte Vicino et in eius curia, in plebe Apicule, in Nuovole, in Cugnano, in Viano, in Castilione, in Sessa, in Covacro, in Monte Viano et in tota eius curia, in Polenzano et in foro Castellane Civitatis, et si que in aliis aliquibus locis de rebus aut possessionibus prefate ecclesie inventa fuerint, perpetuo ei concedimus et corroboramus atque ab indebitis dationibus et servitiis omnium aliarum personarum auctoritate nostra penitus absoluta semper esse iubemus, salva in omnibus imperiali nostra iustitia. Si quis vero, quod absit, contra hec imperiali[a] nostra statuta aliquo in tempore venire temptaverit, quinquaginta librarum auri penam incidat earumque medietatem imperiali nostre camere inferre et reliquam medietatem priori et supradicte ecclesie cogatur persolvere. Utque hoc sacre nostre iussionis edictum verius^a ab universis credatur et diligenter semper observetur, presentem paginam manu propria roborantes maiestatis nostre sigillo precepimus communiri^b.

Signum domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Rainaldus sancte Coloniensis ecclesie electus et Italie archicancellarius recognovi.

Data Laude, 8. idus Novembris, anno dominice incarnationis 1163, indic[tione 12], imperante domno Frederico Romanorum imperatore semper invictissimo, anno regni eius [12, imperii vero] 8. In nomine domini feliciter, amen.

hat hier fünf Punkte, während doch nach dem Zusammenhange und der Urkunde Philipps nichts zu fehlen scheint. a) *acrius*. b) *certiori*.